

tusiusculi, basi longius hispiduli, extus breviter puberuli, intus aequaliter papilloso. Achenium maturum sine pappo plus quam trilineare, colore cinnamomeo, areola exacte basilari minuta, teres, sulcis 5 — 6 profundis longitudinalibus glabris intensius coloratis exaratum, costae latae planiusculae ima basi callosae glabrae, super areolam conniventes, supra basin pilis mollibus reversis paucis vestitae superne brevius patulo-puberulae medio rugulosae, rugis versus apicem fere lamellatis, sub apice constrictum et in marginem sulcis sub-5 — 6 lobum cupuliformem productum. Pappus albissimus exterior persistens constans e setis pluriserialibus numerosis extimis brevioribus interioribus sensim longioribus intimis 4 lineas longis pilliformibus raro-denticulato-scabris. Pappus interior deciduus constans e paleis circiter 20 basi dilatatis et longe in tubum extus villosum connatis, superne liberis longe plumosis 7 lineas longis.

Subordo Liguliflorae.

Tribus Cichoraceae.

Subtrib. Lampsanaeae.

773. **Lampsana communis** L. Ledeb. fl. ross. II. p. 770.

Hab. Wälder bei Birsk 21. Juli, an Kornfeldern in der Ebene des Tanyp 23. Juli 1839.

774. **Kölpinia linearis** Pall. Ledeb. l. c. p. 772.

Hab. Bei Nowo-Alexandrowsk 22. Mai 1840; am Flussufer bei der Festung Fon 10. Sept. 1841 (specim. unicum acheniis majoribus canis pluriseriali-aculeatis); am Inderschen See (Lessing), auf Lehmhügeln bei Agatme 13. April 1842 (specimen unicum gracile, fructibus glabris, ad medium usque laevibus); im Sande zwischen Agatme und Karagata 16. April, an den Quellen von Agatme 14. April 1842 (tota planta canescens; achenia variabilia).

Planta quoad fructum polymorpha. Achenia 4 — 10 vel plura, vel omnia glaberrima vel omnia canescenti-hispidula vel exteriora glabra interiora in eodem capitulo canescentia, interdum achenia exteriora aculeis incurvis (exceptis uncinnis terminalibus) omnino destituta, laevia vel denticulata; aculei hi in quovis achenio uni-bi-rel triseriales, breviores vel longiores. Quae tamen differentiae ad limitandas formas diversas haud sufficiunt, quum omnes interdum in una eademque planta observantur. Insectorum ictu achenia interdum suberoso-inflata, ovoidea fiunt.

Subtrib Hyoserideae.

775. **Hedypnois minutissima** Bge.

H. exscapa vel caule abbreviato patentissimo, foliis omnibus subradicalibus obovatis in petiolum attenuatis runcinato-dentatis interioribus subtus ad carinam spinuloso-hirtis caeterum glabris, capitulis primariis inter folia sessilibus rarius in ramo patulo distantibus subracemosis ovatis, involucri squamis quinque dorso spinuloso-hispidis demum patulis arcuato-incurvis, acheniis radii squama involucri amplexis illam aequantibus et cum ejus

basi connatis arcuatis in rostrum attenuatis subnudis vel brevissime setuloso-papposis setulis basi liberis, interioribus compressis incurvis longe rostratis, pappo 15 — 20-setoso brevi.

Hab. Zwischen Agatme und Karagata 14. April 1842 (flor. et fructificans).

Plantula pusilla, cujus quatuor tantum specimina collecta, generi Hedypnois magis quam aliis accedens, affinitatem tamen hujus cum Heteracia et Harpachaena demonstrans, acheniis radii cum involucri squama a medio ad basin concretis. A speciebus hucusque notis Hedypnois nostra differt acheniis compressis, setulis pappi acheniorum radii brevissimis omnino fere liberis nec in coronulam dentatam scariosam connatis, acheniis disci longe rostratis, rostro tenui achenium superante, pappo brevior, setoso vix paleaceo.

Radix exilis simplex; in tribus speciminibus folia omnia subradicalia, in quarto ramulus prodit e medio foliorum fere horizontalis folio instructus et capitula tria inter se aequaliter distantia gerens vix pollicem longus. Folia cum petiolo pollice breviora vel pollicem parum excedentia, superne 3 — 4 lineas lata, obovata, in petiolum attenuata, basi runcinato-vel sinuato-acute dentata, acuta, primaria omnino glabra, interiora in petiolo subtus et in basi nervi primarii muricato-setosa, setis validis plus minus crebris. Capitulum florens ovatum $2\frac{1}{2}$ lineas longum $1\frac{1}{2}$ lineas basi latum primarium supra radicem sessile, lateralia saepissime etiam sessilia, vel si ramulus adest terminale pedunculatum, pedunculo aequali. Squamulae ad basin involucri perpaucae minutissimae. Involucri uniserialis squamae quinque, lineari-oblongae, carinatae complicatae dorso setoso hispidae, lateribus retrorsum muriculatae, obtusiusculae, apice submembranaceae puberulae demum sigmoideae, basi nempe patulo-arcuatae sursum conniventes, apice subreflexae, ad medium usque cum acheniis radii connatae. Receptaculum minutum nudum. Ligulae circiter 15 (caerulescentes?) tubo brevi, apice profunde quinquentatae. Antherarum tubus ligula dimidia brevior pallidior, appendices suborbiculatae. Styli rami longe exserti, lineares, setulis nigricantibus aequaliter puberuli. Pollen dodecaëdram, ut in omnibus Cichoraceis. Achenia radii compressa, arcuata, basi squamis involucri suberoso-incrassatis adnata, in rostrum attenuata, pappo minutissimo setuloso vel subnullo coronata, superne hispidula, squamam aequantia. Achenia disci compressa, striata, incurva, duas lineas longa, rostro tenui gracili, sensim longiore, in acheniis mediis trilineari, hispidulo superata, pappo e setulis a basi liberis subulatis linea dimidia vix longioribus plerumque 16 — 18 conflato.

776. **Cichorium Intybus L.** Ledeb. l. c. p. 774.

Hab. Bei den Guberlinskischen Bergen 23. Juni 1839 (florens).

β, divaricatum Schousb. Ledeb. l. c.

Hab. (Turkestan, Stoddart). Im ganzen Gebiete zwischen Buchara und dem Karatau, Aug., Sept. und Oct. 1841 (flor. et fruct.).

Subtrib. Hypochaerideae.

777. **Achyrophorus maculatus Scop.** Ledeb. l. c. p. 776.

Hab. Im Gouvernement Orenburg bei Spaskoje 2. Juni 1839 (florens).